Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et dicebat: Sic est regnum dei: quemadmo-
dum si homo iaceat semen in terra: et dormi-
at: et exurgat nocte ac die: et semen germi-
net et increscat dum nescat ille. Ultro enim t-
ra fructificat primum herbam: deinde spicam:
deinde plenum frumentum in spica: et cum se
produxerit fructus: statim mittit falcem quoniam
adest messis. Et dicebat: Cui assimilabimus re-
gnum dei: Aut cui parabole comparabimus illud:
Sicut granum sinapis quod cum seminatum
fuerit in terra minus est omnibus seminibus
que sunt in terra: et cum seminatum fuerit as-
cendit et fit maius omnibus holeribus: et facit
ramos magnos ita ut possint sub umbra illius
aves celi habitare. Et talibus multis parabolis loque-
batur eis verbum: prout poterant audire verbum.
Sine parabola autem non loquebatur eis. Seor-
sum autem discipulis suis disserebat omnia.

Fres: Imitatores Dnica xxiii ad philipp.
mei estote: et observate eos qui ita ambulant
sicut habetis formam nram. Multi enim ambu-
lant quos sepe dicebam vobis: nunc autem et
flens dico inimicos crucis xpi: quorum finis
interitus: quorum deus venter est: et gia in con-
fusione ipsorum qui terrena sapiunt: nra au-
tem conversacio in celis est. Unde etiam saluato-